Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

clementem episcopum. omnes
una voce in fletum ac
gemitum proruperunt. Quos
cum cognovisset sanctus
clemens pro dei nomine re
legatos dixit. Non imme
rito me dominus huc ad ve
stram coronam adduxit
ut particeps passionis
vestre efficiar et consola
tionis. Qui cum eis doc
trinam patientie intima
set didicit ab eis. quod de
sexto miliario aquam
suis humeris sibi depor
tarent. Tunc sanctus cle
mens dixit. Oremus
omnes ad dominum nostrum ihe
sum christum. ut confes
soribus suis fontis venam
aperiat. et qui percussit pe
tram in deserto syna. et
fluxerunt aque in abun
dantia. ipse nobis lati
tem fluentum aperiat unde
eius beneficio gratulemur.

Cumque oratione completa
hinc inde circumspiceret
vidit agnum stantem
qui pede dextro erecto
quasi locum sancto clemen
ti ostenderet. Tunc sanctus
clemens intelligens do
minum esse quem solus
ipse respiceret et preter
ipsum alius non videret
perrexit ad locum et dixit.
In nomine patris et filii et
spiritus sancti. in isto loco per
cutite. Sed cum omnes per
gyrum rastris effode
rent. et non ipsum lo
cum in quo agnus sta
bat contingerent. accep
to brevi sarculo sanctus
clemens levi ictu sub
pede agni percutiens fon
tem affluentibus venis
ornatum reperit. qui suo
impetu evomens fluvi
um patefecit. Tunc u
niversis gaudentibus bea